



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 51. Cæsaris epistola circa articulos Legatis propositos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

§. LI.

*Cæsar's epistola circa articulos Legatis propositos.*

Pallav. n. 3. Itaque Imperator in sua epistola præ-  
 primis hæc significabat: „Cum non  
 „sine ingenti animi lætitia percepisssem,  
 „quod vos jam parato sitis animo ad  
 „disciplinam legibus reparandam, hinc  
 „pariter volui meam ad id operam  
 „conferre, propositis Concilio iis rebus,  
 „quæ utiles censebantur non modo ad  
 „retinendas meis in ditionibus reliquias  
 „Religionis, sed etiam ad recuperanda  
 „maximam partem ea, quæ fuerant  
 „deperdita: ideo demandatum a me  
 „suit viris Catholicis, piis, ac pruden-  
 „tibus, ut ea de re cogitarent, a quibus  
 „postea illa rerum capita acceperam,  
 „quæ meis Oratoribus miseram. De ce-  
 „tero relatum mihi sicut a Pragensi Ar-  
 „chiepiscopo, quod vos meis postulatis  
 „de more expensis, antequam conven-  
 „tui exhiberentur, quatuor capita ob-  
 „jeceritis Oratoribus meis: nam præ-  
 „primis dicebatis, quod par non sit, ut  
 „Principibus libertas detur proponen-  
 „di in Concilio ea omnia, quæcumque  
 „vellent. II. Inquiebatis, quod ad E-  
 „piscopos minime pertineat, suorum  
 „Caput seu Pontificem reformare pro eo,  
 „ac in hisce postulatis fieret. III. Propo-  
 „nebatis,

„nebatis, quod vos, cum plurimos ex il- Sæcul. XVI.  
 „lis articulis rejici prævideretis, noli- A.C. 1562.  
 „tis in ipsis exponere periculo meam  
 „auctoritatem, ne parum honorifice ha-  
 „beatur. IV. Asserebatis, quod id, si  
 „Oratores vellent per seipsoea propo-  
 „nere, futurum suis efficacissima cauf-  
 „fa ad Synodus dissolvendam, quæ  
 „tamen potissimum coacta erat in emolu-  
 „mentum ditionum Cæsar. „ Cete-  
 rum hæc postrema ratio, quippe ad per-  
 movendum Cæsarem prævalida, acrius  
 ab Osio Legato urgebatur in literis,  
 quas ad Ferdinandum Regem perscri-  
 pserat: quinimo hæc ipsa ratio præ ce-  
 teris longe majorem vim in omnium  
 animis obtinebat.

### §. LII.

#### *Imperatoris responsum ad rationes sibi a Legatis contra sua postu- lata oppositas.*

In iisdem literis Cæsar ad præfatas Pall. I. 17.  
 hasce rationes hunc in modum re- c. 3. n. 5.  
 spondit, & quidem ad primam: „ Si § 6.  
 „Regi Catholico licuit Continuationis Rayn. hoc  
 „declarationem publice petere, & Regi § 61.  
 „Christianissimo tot alia capita propo- Exstat. epist.  
 „nere licebat: quinimo si in publica fe- Imp. in MS.  
 „curitatis fide, Protestantibus oblata, in Archiv. Vat.  
 „vitabantur ipsi ad Concilium, & ad sign. n. 3229.  
 „res p. 73.